

CONCLVSIONES PHILOSOPHICÆ.


Ex libris de Generatione, & minoribus naturalibus.

Quæstio disputanda,

Vtrum Deus possit condere animal, cuius temperamentum sit ab intrinseco incorruptibile?

PRÆERIT P. GEORGIUS CABRAL,
E Societate IESV.

Tuebitur Ioannes dos Sanctos integro die Luna 5. Martij.



CONIMBRICÆ.

Ex Officina Didaci Gomez Loureyro Academia

Architypographi.

Cum facultate Inquisitorum, & Ordinarij, Anno 1607.



A R I in rebus naturalibus ortum, & interitum, & evidens docet ratio, & experientia suadet. Alterationem (quæ definitur motus ad qualitatem sensibilem mediam vel extremam) utranque mutationem antecedere necesse est. In Chameleonte Polypo, alijsque animantibus rerum quas attingunt colores referentibus, nulla datur alteratio. Inter hanc, & generationem discrimen ponuntur terminus à quo, & ad quem, nec non & subiectum, itaque successio; cum alteratio sit simpliciter motus continuus, ac successivus, augmentatione, motuque locali longe nobilior. Huius, ac reliquorum accidentium materialium subiectum principale, compositum physicum, minus præcipuum, materia immediatius tamen quantitas constituit.

C O N C L V S I O I I .

G E N E R A T I O N I S in substantialem, & accidentalem divisionem recte, & adæquate fit. Substantialis procedit à privatione formæ substantialis ad formam in materia. Accidentalis vero est productio accidentis cum dependentia à subiecto. Generationis viventium stricta, omnibusque numeris absoluta definitio sic habet. Est processio viventis à principio vitæ coniuncto per cognitionem, atque amorem operante secundum rationem similitudinis saltem in specie infima: quæ definitio in æternam Divini Verbi generationem optimè cadit. Nullus angelus aliter, quam si activa passivus applicet, substantialem generationem poterit attingere.

C O N C L V S I O I I I .

F O R M A E substantialis generatio momento perficitur: hanc etiam dispositiones præviæ effectivo concursu attingunt. Terminus intrinsecus generationis est forma saltem prout est coniuncta cum substantiali unione. Utrum etiam materia prout stat sub partiali unione dici possit terminus intrinsecus partialis generationis; in humanaque totalis, probabilis quidem est, pars quæ affirmat. Ultimatus tamen, ac præcipuus semper est totum compositum. Creatæ generationes quæ extra solitam naturam legem editæ sunt, cum illis quæ ordinario more accidunt, in eadem specie infima tanquam veræ generationes conveniunt, licet quoad extrinsecas denominationes distinguantur. Omni enti creato, naturalis est corruptio tametsi à natura minimè per se intenta. Sicuti generatio, naturali tamen necessitate sese mutuo hæc duo comitantur.

C O N C L V S I O I I I I .

O P I N I O quæ in cuiuslibet entis naturalis generatione admittit resolutionem usque ad materiam primam probabiliter defendi potest; opposita tamen probabilius. Eandem formam substantialem simul eodem loco, ac tempore per creationem, & generationem attingi posse, impossibile iudicamus; quod etiam iudicium de accidentibus formis ferendum esse nemo non videt. Utranque formam sine subiecto, & produci, & conservari à Deo posse, certum est. Id tamen fit actione essentialiter diversa ab ea qua in subiecto, si per se coherat, conservabitur. Accidentia corporea in subiecto immediate, & è contra inherere nequeunt naturali vi, supernaturali vero non repugnat.

C O N C L V S I O V .

C O R P O R E I T A T I S forma, à compositis physicis omnino exultat. Plura prædicata essentialia, non exigunt plures formas in eodem composito; sicut nec operationum partiumque organicarum multitudini; ac diversitati, multitudinem quoque, ac diversitatem formarum substantialium in eodem composito respondere necesse est: sed una tantum in quolibet, simplex datur forma. Hæc si materialis sit, includit partes integrantes. Perfectorum animantium formæ ad operationes suas obeundas, non quilibet, sed certam, ac definitam postulant magnitudinem. Neque capilli; neque ungues,

humores, spiritusvè animales & vitales aliquam animam fortiuntur. Quod filij parentibus similes enascantur à virtute formatrice, & temperamento deriuatur.

CONCLUSIO VI.

TRES à Philosophis assignantur decoctiones. Prima datur in ventriculo; cuius præparatio dentibus, absolutioque intestinis iure ascribitur. Secunda decoctio fit in iecore ad quam meseraicæ præparant, caua autem vena, aliæque grandiores absoluunt. Tertia fit in poris, ac minutissimis corporis partibus ad quam te nuiiores venæ præparant, quæque in ipsa nutritione, quæ est finis decoctionû, absoluitur, & conquiescit. Iecur quatuor humorum genera fabricatur. Fames est appetitus calidi, & sicci, vitis vero frigidi, & humidi: quæ definitiones traduntur per appetitum vt finalem causam. Nullum elementum in suo naturali statu, nutritioni inseruit; oportet autem vt alimentum nec omnino viuenti sit simile, nec penitus ab eo diuersum.

CONCLUSIO VII.

OMNIS accretio, in poris facta est motus continuus, per eam nouam quantitatem acquiri, Solus tenetur defendere qui vsque ad materiam primam resolutionem admittit: qui autem negauerit, non nouam produci quantitatem, sed eadem sub noua vnione tuebitur. Rarefactio non fit per additionem nouæ quantitatis, sed noui modi. Actio physica requirit mutuum inter agens & patiens contactum. Idem in se ipsum agere (etiam actione reflexa) nimium repugnat. In resultantia tamen aliquarum proprietatum & modorum hoc admittere nullum est inconueniens. Simile tandem agere in simile & si repugnet naturali potentia, Dei tamen absolutæ potentia nullo iure denegandum.

CONCLUSIO VIII.

IN productione primarum qualitatum ita agens in passum agit, vt ab ipso etiam repatiatur. Dari elementorum mixtionem certum est. Ea in misto non nisi virtute per suas qualitates continentur; quarum singulae in summo gradu singulis debentur elementis. Vnumquodque autem elementum vltra qualitatem in summo, aliam habet in excellenti, cuius latitudo à contraria qualitate in gradu remisso expletur. Mistorum temperamentum, ex quatuor qualitibus primis recta inter se temperie, ac proportionem respondentibus coalescit. Temperamentum ad pondus, in ijs quæ vita carent, dari potest, in aliqua etiam viuentis parte non repugnat; in toto maximè. Num vero possit Deus condere animal, cuius temperamentum sit ab intrinseco incorruptibile problema sit pro parte negatiua probabilius. Idem quod semel interijt redire nequit viribus nature, nisi forte secundum partem, diuinitus tamen nullam affert contradictionem.

PRO MINORIBVS NATVRALIBVS.

CONCLUSIO IX.

PLERAQVE animantia memoria, solum tamen hominem ac reminiscentia vt non dubitamus: somnus est externorum sensuum ligatio, ad animalium salutem, & quietem à natura instituta. Ad verum somnum non requiritur omnium sensuum ligatio. Hic à primis parentibus in felici innocentia statu vitam degentibus, non eodem tamen fine quo nunc capiendus foret. Somnia in sola fiunt phantasia, quorum quaedam naturalia dicuntur, animalia alia, alia diuina, ac demoniaca nuncupantur. Respiratio est attractio aeris ad cor: illius causa præcipua ipsum animal, instrumentalis est potentia motiua, simul ad eandem motionem concurrentibus, pulmonibus, diaphragmate, arteria venosa, ac vocali. Omnia tandem de iuuentute, ac senectute, de vita, & morte longitudine, & breuitate vitæ à philosophis tractari solita cum communi schola propugnabimus.

Quæstioni satisfacit octaua Conclusio.



humores spiritus animales & vitales spiritus animales spiritus animales
tipus huiusmodi est... & virtus formativa & conservativa dicitur.

CONCLUSIO VII

IN hac doctrina, laquei sunt... & virtus formativa & conservativa dicitur.

CONCLUSIO VIII

IN hoc libro primario... & virtus formativa & conservativa dicitur.

PRO MINORIBUS NATURALIBUS

CONCLUSIO IX

PLURIMAE animae... & virtus formativa & conservativa dicitur.

Quaestio de organo Concluse